



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Bvllarii Earvmve Svmmorvm Pontificvm
Constitvtionvm Qvae Ad Commvnem Ecclesiae Vsvm post
volumina Iuris Canonici, vsq[ue] ad Sanctissimum D. N.
D. Pavlvn Papam V. emanarunt**

Quaranta, Stefano

Venetiis, 1619

Excommunicatorum vitatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10793

EXCOMMUNICATORVM VITATIO.

PRÆTER Summissas sciendum est, quod quantum ad euitationem excommunicationum attinet, extat constitutio Leonis X. in Conc. Lateranensi ultimo sess. 11. fol. 179. ter. in antiquis, & in Bullar. fol. 212. nepotis sequentis. Statuitur in super, quod ad euitandum scandala, & multa pericula, subueniendumque conscientis timoratis, quod nemo deinceps a communicatione alicuius in sacramentorum administratione, vel receptione, aut aliis quibuscunque diuinis, vel extra prætextu cuiuscunque sententiæ, aut censure ecclesiasticæ, seu suspensionis, aut prohibitionis ab homine, vel a iure generaliter promulgatæ, teneatur abstinere, vel aliquem vitare, vel interdictum ecclesiasticum obseruare, nisi sententiæ, prohibitio, suspensio, vel censura, huiusmodi fuerit vel contra personam, collegium, vniuersitatem ecclesiasticam, aut locum certum, aut certam a iudice publicatam, & denunciata specialiter, & expresse, aut si notorie in excommunicationis sententiâ constiterit, incidisse, quod nulla possit tergiversatione culari, aut aliquo iuris suffragio excusari, cum a communicatione illius abstinere volumus iuxta Canonicas sanctiones. Per hoc tamen huiusmodi excommunicatos, suspensos, interdictos, seu prohibitos non intendimus in aliquo releuare, nec eis quomodolibet suffragari.

Hanc extranag. inter alios recitant, & declarant Nauar. in man. confess. c. 27. nu. 35. Couar. in c. Alma mater. par. 1. §. 2. nu. 7. de sent. excom. in 6. Henriquez in Summa lib. 13. de excom. cap. 5. latissime Ioan. Gutier. lib. 1. canon. q. c. 1.

EXCOMMUNICATORVM ABSOLVTIO.

PRÆTER Summissas in hoc verbo, sciendum est, quod Regulares a sententiâ excommunicationis ab homine lata nullatenus absoluere possunt laicos, & clericos seculares. Leonis X. Constitutione cauetur in generali Concil. Lateranensi. ut infra in verb. privilegia Regularium in quo etiam fuit prouisum, quod excommunicatio ordinem Mendicantium profiteri volentes vbi de interesse tertii ageretur, absolui non possint, nisi prauia satisfactione. Procuratores quoque & negotiorum gestores, ac operarii eorundem fratrum seruitijs insistentes sententiis excommunicationis promulgatis illaqueati sint, & esse censeantur, si illis causam dederint, aut danibus consilium, auxilium, vel fauorem præstiterint. Et scias quod excommunicatio lata ab homine non prouenit nisi ratione contumaciæ, a iure vero prouenit ratione delicti. Abb. in rub. de sent. excom. in c. qua fronte. nu. 10. de appell. & de absoluteione casuum referuatorum. vide infra in verbo casus referuati.

Leo X.

Annectere visum fuit Ioan. 22. declarationem, quæ sit atrox iniuria, vel damnable violentia, quam recitat per extensum Ioan. Bapt. Confess. in collect. privileg. Ordin. Mendic. & non Mend. fol. 22. mouit nos ad hoc agendum, præsertim, quia Nauar. in Man. cap. 27. sub num. 91. Io. Gutier. lib. 1. cano. q. c. 5. nu. 15. & Sayr. in Thesuro cas. consil. lib. 3. cap. 48. nu. 8. diminutam illam referunt, & ut tutius iudicium fieri possit, an Ordinarii absoluere valeant. Præd. extranag. tenor talis est.

Perle.